



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xlii. Si velis abortire canem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*Ne quoquam canis aufugiat.*

**C**Audam eius calamo metire, & pro eo ac cauda fuerit longa, calamum præcidito, ac parum caudæ eius pilorumque calamo indito, quem deinde sub tectum abscondes, & nusquam tecto tuo excedet canis. aut manuprehendens caudam, euellens pilos, quos euulsos calamo immittes; neque quoquam canis aufugiet.

*Si velis ne una hora canis currat.*

**A**Ccipe manu oleum & axillas canis inunge, & prorsus eo die non curret. hoc vero tum potissimum feceris, si forte in animo habeas ab aliquo mercari canem.

*Si velis abortire canem.*

**C**ollyrium ex cinere facito, ac in vuluam canis indito, & aquam & sapam seu passum & terram tritam commisceto, atque de his infundito cani.

*Si canem accelerantem partum abortire voles.*

**S**emen violarum coquito in ea aqua, in qua arum est decoctum, unde canis post bibat, atque abortum faciet.